30659/P

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS, DE ANGINA MALIGNA.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

GULIELMI ROBERTSON, SS.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,

Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini ſubjicit

JACOBUS JOHNSTONE,

BRITANNUS.

Ad Id. Septemb. hora locoque ſolitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXIII.

ligertwood

from his most obedient & humble serv

The Author

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

31769

Viro illuſtriſſimo,

JACOBO LOCKHART

DE CARNWATH,

ARMIGERO;

Sancti Imperii Romani Baroni,

Ex ordine Mariae Thereſiae Equiti,

Uni e ducibus exercituum Imperialium, &c. &c.

Ob multas ejus virtutes inſignes,

Potiſſimum vero ob elegantiam morum ſingularem,

Et benevolentiam in ſeſe ſaepius demonſtratam,

Hocce opuſculum,

Qua obſervantia par eſt,

D. D. C. q.

AUCTOR.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30382701

DISSERTATIO MEDICA,

DE

ANGINA MALIGNA.

CUM diſtinctio morborum, quantum ſpecies ſuas diverſas ſpectat, accurata, ab omnibus fere hodie pro parte ſtudii medicinae perneceſſaria habeatur, cumque ad eam, in hac academia florentiſſima, pro virili quiſque incumbat, haudquaquam opus eſſe videtur, ut ejus utilitatem in exemplis ſingularibus demonſtrare aggrediamur. Notare ſufficiat, quod hujuſcemodi diſtinctio nullibi magis, quam in ſpeciebus anginae variis, ſit neceſſaria. Nam anginam, potiſſimum malignam, quam in hacce diſſertatione tractare decreverimus, medentes imperiti pro angina inflammatoria ſaepius habuerunt, viamque curandi opinionibus ſuis, a vero longe abludentibus, ſtricte accommodarunt. Error quidem pernicioſiſſimus! quique in cauſa fuit, cur

multa mortalium millia fato immaturo praerepta ſint; quod nunquam accidiſſet, ſi ſigna, quae morbum aliis omnibus clare dignoſcant, forent rite perpenſa.

Characteres autem morbi in definitione Culleniana tam plene et accurate traduntur, ut nihil propemodum melius poſſit excogitari; ea igitur, forma ejus aliquantulum immutata, lubentes utemur.

D E F I N I T I O.

Pyrexia, tonſillas et membranam faucium mucoſam afficiens tumore, dolore, rubore, et cruſtis mucoſis, coloris albeſcentis vel cineritii, ſerpentibus, et ulcera tegentibus, cum febre typhode et exanthematis, deglutitione, et ſpiratione difficilibus*.

Hac definitione in medium prolata, vix dubitari poteſt, quin morbus ſit idem ac ulcera Ægyptiaca Aretaei; cruſtoſa et peſtilentia tonſillarum ulcera Ætii Amideni; ulcera peſtifera in tonſillis Pauli Æginetae; faucium et gutturis anginoſa et lethalia ulcera Mercati; peſtilens faucium affectus Sgambati; garrotillo

* Vid. Culleni ſynop. p. 267. g. 10. ſp. 2.

garrotillo Zacuti Luſitani; angina puerorum epidemica Bartholini; morbus ſtrangulatorius Ætii Cleti; paedanchone loimodes Severini; angina maligna Petri Michaelis de Heredia; malignant and ulcerous ſore throat, Huxham; the ſore throat attended with ulcers, Fothergill. Alia apud alios auctores nomina illi ſunt indita.

Quidam morbum in Hiſpania, anno 1610, primum apparuiſſe; deinde ad Melitam Siciliamque, et deinde ad partes Italiae varias, ſe diffudiſſe ferunt; adeo ut Neapoli, anno 1618, exortus ſit, et regionem circum circa, per ſpatium annorum viginti continuum, graviter exercuerit. Quanquam vero morbum in hiſce regionibus, illo tempore, ſe oſtendiſſe haud dubie verum eſt; eundem tamen antiquioribus non ignotum fuiſſe, non minus eſt certum. Hippocrates enim ait, 'Ulcera tonſillarum infantibus 'periculoſa;' * et alibi, 'Ulcera proſerpentia circa 'fauces, graviora et magis acuta, ut plurimum ſpi'randi difficultatem inducant †.'

Ex hiſtoria ulcerum in faucibus breviuſcula, quam apud Celſum ‡ videre eſt, hunc morbum Aſcle-

* Hippocrat. de dentitione, ſect. 3.

† Hip. ibid.

‡ Celſ. lib. 4. cap. 4. ſect. 3.

ſclepiadem celebrem non latuiſſe liquet. Porro, ex aliquot dictis, quae apud Coelium Aurelianum, lib. iii. cap. iv. de morbis acutis, ubi de angina verba facit, obiter occurrunt, plane et aperte pateſcit, eum non ignoraſſe, gangraenam tonſillas, quibuſdam ſubſtantibus, occupare ſolere. Quinetiam, in capite ejuſdem libri ſecundo, eruptionem eryſipelatoſam in collo et pectore ſeſe monſtrantem in anginis, quae aliquamdiu manſerint, prodeſſe; contra vero, ſi anginam antecedat, vel cum ea ſimul invadat, periculum magis habere, et aliquid funeſtum portendere, tradit: Quod quidem, quantum ad eruptionem ſcarlatinam, eamque ſolam quae anginam frequenter concomitetur malignam, attinet, verum eſſe concedimus.

Hae autem hiſtoriae ſunt admodum imperfectae, et auctores ex antiquioribus ſoli, qui plenam hujuſce morbi hiſtoriam memoriae prodiderint, ſunt Aretaeus, et, poſt eum, Ætius Amidenus; evidenter enim apparet, Aretaeum ante Ætium floruiſſe, propterea quod loci nonnulli e ſcriptis illius, ad anginam malignam ſpectantes, ab hoc citati ſunt.

Aretaeus morbum verbis ſequentibus non leviter depinxit *.

‘ Ulcera

* Aret. de cauſis et ſignis acutorum morborum, lib. i. cap. 9.

'Ulcera tonſillarum fiunt aliqua mitia, familia-'ria, non laedentia; aliqua aliena, peſtifera, ne-'cantia. Mitia quidem ſunt munda, exigua, non 'alte deſcendentia, non inflammata, dolorem non 'excitantia. Peſtifera ſunt lata, cava, pinguia, 'quodam humore albo, aut livido aut nigro, ſor-'dentia. Id genus ulcera aphthae nuncupantur. 'Quod ſi concreta illa ſordes altius deſcenderit, 'affectus ille Eſchara eſt, atque ita Graece vocatur, 'Latine Cruſta. Cruſtam vero circumveniunt ru-'bor excellens, et inflammatio, et venarum dolor, 'quemadmodum in carbunculo, et exiguae ra-'raeque puſtulae, quas Graeci Exanthemata vo-'cant, orientes, hiſque aliae ſupervenientes in u-'num coaleſcunt; atque inde latum ulcus effi-'citur. Id ſi interius in os depaſcendo ſerpit, ad co-'lumellam uſque pervenit, ipſamque exedit; et 'linguam etiam occupat, et gingivas et fraena, id 'eſt, dentium alveolos; denteſque inde labefactan-'tur et denigreſcunt. In collum etiam phlegmo-'ne erumpit: Atque iſti, haud ita multis diebus 'poſt, phlegmone, febribus, foetore, inediaque 'conſumpti, intereunt. At ſi in pectus per ar-'teriam id malum invadat, illo eodem die ſtran-'gulat: Pulmo enim et cor neque talem odoris 'foeditatem, neque ulcera, neque ſanioſos humores

'ſuſtinent;

'ſuſtinent; ſed tuſſis, ſpirandique difficultas enaſ-
'citur. Cauſa maleficii tonſillarum eſt, frigido-
'rum, aſperorum, calidorum, acidorum, aſtrin-
'gentium devoratio; quandoquidem hae partes
'pectori ad vocem ſpiritumque edendum inſervi-
'unt, et ventri ad alimenti tranſmiſſionem, et gu-
'lae ad ejuſdem devorationem, obſequio ſunt.
'Internis vero partibus, ſi quod contingat incom-
'modum, ventri videlicet, gulae, et pectori, ad
'iſthmum et tonſillas, et loca ibi poſita, mali con-
'ſenſus, et eructationes perveniunt. Quapropter
'pueri uſque ad pubertatem maxime hoc morbo
'tentantur; praecipue namque pueri multum fri-
'gidumque aërem inſpirant, quoniam in his plu-
'rimum caloris ineſt, et ad cibos intemperantes
'ſunt, et varia concupiſcunt, et frigidam potant,
'et excandeſcentes ac ludentes altius vociferantur.

'Puellis quoque, uſque ad menſtruae purgatio-
'nis tempora, haec vitia uſitata ſunt. Regio Æ-
'gypti horum affectuum plane foecunda eſt. Aër
'enim ſpirando ſiccus adducitur; varios praeterea
'cibos ſuggerit: Radices enim, herbae, atque o-
'lera, ibi large proveniunt, et acria ſemina, et po-
'tio craſſa, utpote Nili aqua; ſibi vero Ægyptii ex
'hordeo, et ex ſlocibus, ſeu vinaceis, potiones acres
'conficiunt. Syria quoque, maxime illa quae
'Coele,

'Coele, id eſt cava, nominatur, hujuſmodi morbos 'procreat: Unde Ægyptiaca et Syriaca ulcera id 'genus appellant. Modus vero mortis quam mi-'ſerrimus accidit. Dolor quidam acer et calidus, 'qualis in carbunculo, ſpiritus vitiatus: Exhalant e-'nim maxime putredinis odorem, eundemque ve-'hementer in pectus ſpirando adducunt. Im-'mundi adeo ſunt, ut neque ſuum ipſorum odo-'rem ferre queant.

'Pallida his ſeu livida facies, febres acutae, ſi-'tis ut igne accenſi videantur. Potum, veriti do-'lores, non admittunt: Triſtantur enim, cum 'tonſillae comprimuntur, aut potus in nares reſi-'lit; cumque decumbunt, ſurgunt, aut ſedeant, de-'cubitum non ferentes. Quod ſi ſedent quie-'te carentes, iterum decumbere coguntur; plerum-'que autem recti ſtantes obambulant: Nam qui-'eſcere nequeunt, ſolitudinem fugiunt, dolorem 'tollere tentantes. Inſpiratio magna eſt; frigidum 'enim aërem ad refrigerationem deſiderant: Ex-'ſpiratio vero parva; nam veluti igne exuſta ul-'cera cum ſint, a calido praeterea ſpiritu incen-'duntur, raucitas adeſt, vox nihil ſignificat. At-'que haec in pejus ruunt cum ſubito in terram col-'lapſis anima deficit.'

Morbo

Morbo hunc in modum deſcripto, in alia ſui operis parte rationem medendi propoſuit; quae, licet minus quam hodierna ſit abſoluta, eum tamen indolem morbi veram rite perſpectam habuiſſe, abunde teſtatur.

* ‘ Horum vitiorum curatio, cum aliis tonſillarum affectibus qua communis eſt, qua propria. ‘ In inflammatione et ſtrangulatu, purgatio per ‘ clyſteres, venaeſectio, irrigationes, cataplaſmata, ‘ fotus, deligationes, cucurbitulae, omnia demum eadem atque in his conveniunt. Illitiones autem acriorum medicamentorum faciendae ſunt; neque ‘ enim ulcera quieſcunt, neque cruſtae in ſuperficie ‘ fiunt. Verum, ſi ab his ſanies ad interiora deſtillet, celeriter partes, etiamſi integrae erant, ulcerantur; celerrimeque ulcera interius depaſcendo ſerpunt, atque hominem perimunt. Porro, igne vitium adurere, cum in ſuperiore parte ‘ ſit, imprudentis eſſe, propter iſthmum judico. ‘ Sed medicamentis igni ſimilibus, quo et depaſtio ‘ coerceatur, et cruſtae decidant, utendum praecipio; ea vero ſunt alumen cum melle, galla, balauſtium, arida cum mulſa. Haec eadem calamo, ‘ aut penna, aut craſſo et oblongo caule, quo medicamina ad ulcera perveniant, inſpiranda ſunt. ‘ Optima ſane eſt et chalcitis uſta cum trita cadmia

‘ ex

* Aretaei de curat. morb. acut. lib. i. cap. 9.

‘ ex aceto: Eſto autem cadmia portione dupla, et
‘ rhei radix cum aliquo humore.

‘ Praeterea, ne ulcerum compreſſio fiat, caven-
‘ dum eſt; ab ea namque et humeſcunt et magis ex-
‘ edunt. Hac de cauſa, opus eſt medicamenta arida
‘ inſpergere penna: Liquida vero liquentiſſima red-
‘ dentem in gurgulionem infundere. At ſi cruſtae
‘ jam reſolvuntur, et ulcera rubida fiunt, tunc con-
‘ vulſionis maxime periculum ſubeſt; reſiccantur
‘ enim plerumque ulcera, et cum his nervi diſten-
‘ duntur. Itaque lacte cum amylo et ſucco ptiſa-
‘ nae, aut tragi aut lini ſeminis, aut foeni Graeci,
‘ remollire, madefacereque convenit. Quibuſdam
‘ et columella uſque ad palati os exeſa eſt, quine-
‘ tiam tonſillae ad baſim uſque et epiglottida; ac
‘ propter cicatricem devorare neque ſolidum quic-
‘ quam, neque liquidum poterant: Sed et ipſum,
‘ quod bibebat, interdum repercuſſum hominem
‘ fame necavit.’

Ita hiſtoria hujuſce morbi, quam Aretaeus tradiderit, ſeſe habet; proximum eſt, ut quidnam Ætius Amidenus ſuper eo dixerit, videamus.
‘ Cruſtoſa et peſtilentia tonſillarum ulcera ut plu-
‘ rimum, nullo praecedente tonſillarum fluxu, inci-
‘ piunt; aliquando autem a conſuetis fieri inflam-
‘ mationibus, maxime efferatis, perficiuntur. Fi-

‘ unt autem frequentiſſime pueris, atque etiam ae-
‘ tate jam perfectis, maxime iis qui vitioſis humo-
‘ ribus abundant, in iis quae vere contingere ſolent
‘ peſtilentibus conſtitutionibus. In pueris vero oris
‘ ulcere, quod aphtham vocant, praecedente omni-
‘ no perficiuntur. Sunt autem partim alba, maculis
‘ ſimilia, partim cinereo colore, aut ſimilia cruſtis,
‘ quae ferro inuruntur. Accidit autem aegris ſiccitas
‘ in tranſglutiendo ; et ſuffocatio coacervatim inci-
‘ dit, maxime cum rubor ſubeat mentum ; ubi haec
‘ acrimonia praeterierit, nome, quae depaſcitur, lo-
‘ cos excipit, ſucceditque una putrefactio.

‘ Feſtinanter itaque auxilium afferre oportet iis
‘ qui ſunt aetatis perfectae, atque confidenter ve-
‘ nam brachii incidere, ſi quidem nihil ſit quod id
‘ fieri prohibeat. Multae enim virgines, circa vi-
‘ goris aetatem menſium purgationem appetentes,
‘ hac affectione apprehenduntur, quae praecipue
‘ venae inciſione opus habent. Incidendae autem
‘ ſunt in eis tali venae, et unica ſanguinis de-
‘ tractione facta evacuandae, non autem ad uſ-
‘ que animi defectionem. Deinde glandulis et ſe-
‘ dis illitionibus ac clyſteribus utendum erit, item-
‘ que cucurbitulis juxta lumbos, ac colligationibus
‘ extremitatum ; atque omnibus modis conandum
‘ eſt, ut diverſio ab affectis partibus fiat. Poſtea
‘ etiam

'etiam gargariſmis uti convenit; velut eſt lenti-'culae decoctum, et myxarum ac palmarum cum 'melle et ptiſanae ſucco; deinde furfurum decoc-'tum, in decoquendo viſcoſum factum, adjecto 'melle. Poteſt etiam remedium oris ex moris, 'et maxime id quod ex malis punicis conſtat, col-'luendum exhiberi, hydromelite permixtum.

'Conandum autem eſt in univerſum, ne digi-'tum quidem locis admoveamus, aut leni ſaltem 'tactu manum admoliamur. Etenim inſcii, ad 'quos maxime in rebus dubiis homines confugiunt, 'vehementius illinunt, ſimulque locum inflamma-'tum comprimunt, ſimulque cruſtam detrahunt; 'quod minime facere convenit, priuſquam eleva-'tam et vix innitentem cruſtam conſpiciamus. 'Quod ſi enim adhaerentem adhuc cruſtam a-'vellere aggrediamur, ulcerationes magis in pro-'fundum procedunt, et inflammationes conſequun-'tur, augenturque dolores, et in ulcera ſerpentia 'proficiunt.

'Cohibito autem jam ulcere paſcente, lac gar-'garizandum Samia terra permixtum. Et febri-'um quoque curam habere convenit (vehementes 'enim incidere ſolent) atque in repurgandis ex-'planandiſque ulceribus maxime ſolicitum eſſe: 'Convulſionem enim infantes plurimi paſſi ſunt

‘ in ulcerum repurgatione. Aliqui vero, via tranſ-
‘ glutiendi exſiccata, ſunt ſtrangulati. Sunt eti-
‘ am quibus corroduntur gurguliones, atque ubi
‘ diutius perſtiterint ulcerationes, et in profundum
‘ proſerpſerint, cicatrice jam inducta, adſtrictiorem
‘ vocem edunt, reflectiturque ipſis potus in ipſas
‘ nares; nam et ego puellam novi, quae poſt qua-
‘ drageſimum tandem diem conſumpta eſt, quum
‘ ſe jam a morbo recolligeret. Verum ad ſepti-
‘ mum uſque diem plurimi periclitantur. Ubi ve-
‘ ro inflammationes et ulcera ſerpentia ſemper am-
‘ plius extendantur, forinſecus fomentum adhibe-
‘ re oportet, et cataplaſmatibus communibus uti,
‘ cum cautione ne refrigeremus. Feliciter enim
‘ res procederet, ſi intrinſecus detentam materiem
‘ extra queant transferre. Contegantur itaque
‘ ſemper poſt cataplaſmata partes circa mentum,
‘ cum nardino et cyprino cerato, cum circumpoſi-
‘ tione lanarum mollium*.’

Quicunque morbi hiſtorias ab Aretaeo et Ætio traditas attentus perpenderit, vix dubitare poterit, quin morbum iterum iterumque viderint; licet ſymptomata ab auctoribus hodiernis magis accurate depicta fuiſſe confiteamur oportet. Cum medici Hiſpani et Itali primi e recentioribus fuerint

* Vid. Aet. tetrab. 2. ſerm. 4. c. 46.

rint quibus occaſio morbi videndi ſit oblata, ita ab iis primas ejus deſcriptiones accepimus.

Ludovicus Mercatus Philippi ſecundi et tertii Hiſpaniae regum, et Petrus Michael Heredia Phillippi quarti, medici optimum hujuſce morbi, prout ſeſe in Hiſpania manifeſtavit, hiſtoriam in lucem emiſerunt.

J. A. Sgambatus, M. A. Severinus, Ætius, Cletus, et Thomas Bartholine, quod ad Italiam, et J B. Corteſius, quod ad Meſſinam in Sicilia ſpectat, idem fecerunt.

Omnes illorum hiſtoriae inter ſeſe, praeterquam in quibuſdam theoriis, quae viam curandi ne minime quidem immutant, probe conſentiunt.

Idem morbus, ſi fides delineationi ejus imperfectae ſit habenda, in quibuſdam inſularum maris Ægaei ſeſe oſtendit, et modo ſequenti a Tournefort, * qui eum apud inſulam Milonem viderit, depingitur.

'Dans le temps que nous etions dans cette iſle, 'il y regnoit une maladie très fâchieuſe, et qui eſt 'aſſez commune en Levante, où elle emporte les 'enfans en deux fois 24 heures. C'eſt un char'bon dans la fonde de la gorge, accompagné 'd' une

* Vide relation d'un voyage du Levante, &c. par M. Pitton de Tournefort, 8vo, a Lyon 1727. vol. 1. p. 202.

‘ d’une cruelle fievre: Cette maladie, que l’on ‘ peut nommer la peſte des enfans, eſt epidemique, ‘ quoique elle epargne les grandes perſonnes. La ‘ precaution la plus neceſſaire pour arrêter le pro- ‘ grés d’une ſi grand mal, eſt de faire vomir les ‘ enfans dès les moment qu’ils ſe plaignent du mal ‘ de gorge, ou que l’on s’apperçoit que leur tête ‘ commence à s’apeſantir: Il faut réiterer ce remede ‘ ſuivant le beſoin, a fin de vuider une eſpéce d’ ‘ eau forte qui ſe decharge ſur la gorge. Il eſt ‘ neceſſaire de ſoutenir la circulation des liqueurs ‘ et les forces du malade par des remedes ſpiri- ‘ tueux, comme ſont la theriaque, l’eſprit volatile ‘ aromatique, huileux, et ſemblables. La ſolu- ‘ tion de ſtyrax liquide dans l’eau de vie eſt ex- ‘ cellente en gargariſme dans cette rencontre; ‘ mais le cas eſt preſſant, et l’on ne ſe preſſe ‘ guere en Levante dans les maladies les plus ai- ‘ guës.’

Anginam malignam, in Anglia, ſeſe primum circa annum 1739 oſtendiſſe medici tradiderunt. Omnes ſuae familiae mares, per anni 1744 decurſum, illi rerum publicarum adminiſtratori prudentiſſimo Henrico Pelham hoc morbo ſunt extincti. Admodum Londini graſſatus eſt annis 1746-7-8,

cum

cum attentionem in ſeſe convertit omnis facultatis medicae; praeſertim ingenioſi Fothergill, qui protinus multa de natura ejus et curatione quam accuratiſſime notare et animadvertere coepit, et brevi poſtea quae fideliter obſervârat in lucem edidit. Dein exortus eſt in compluribus aliis regni partibus, et eum ſcriptis ſuis depinxerunt Huxham, Pater mihi jure ſummo cariſſimus, aliique non pauci. Hiſtoria ab hiſce auctoribus et a Cl. Ruſſel tradita, adeo omnibus ſuis numeris eſt abſoluta, ut ſcriptores in poſterum nihil fere, ſi quaedam morbo in quibuſdam locis ac regionibus propria excipias, poſſint adjicere. Auxilium undique, in hiſtoria morbi plena concinnanda, petemus.

HISTORIA MORBI.

Auctores univerſi ad unum teſtantur, hunc morbum natura ſua admodum eſſe malignum, progreſſu rapidum, et omnibus quibuſcunque ſunt fibrae teneriores, ſtructura delicatior, habituſque corporis laxior, imprimis funeſtum, et pueros magis quam adultos, foeminas quam viros, invadere.

Quinetiam

Quinetiam huic ante omnes alios patere conſueverunt morbis praecedentibus confecti et adhuc convaleſcentes. Eidem magis objiciuntur infirmi omnigeni quam validi et vigore pollentes; licet robuſtiſſimi, ſi diutius inter aegrotos fuerint verſati, ab eo non ſint ſecuri.

A ſignis, in aegrotis diverſis, diverſis incipit; caeterum, plerumque adſunt languor et laſſitudo in dies complures ſaepe manentia, cordis palpitatio, debilitas, et dolores per corpus univerſum vagantes. His ſuperveniunt vertigo, horror, et rigor; quae brevi excipit magnus calor. Rigor autem et calor ſibi invicem, in aliquot horas, ſuccedunt; donec calor tandem magis conſtans et intenſus evadat. Ægrotus dein conqueritur calorem, ſenſum moleſtiae, et rigiditatem in gutture, potius quam dolorem; raucedine, nonnunquam tuſſi, magna colli rigiditate; aegritudine gravi, vomitu vel alvi dejectione vel utriſque, ſtipata. Caeterum, vomitus et diarrhoea potiſſimum infantes exercent; alvus, contra, in adultis ſaepius dureſcit.

Facies paulo poſt rubeſcit et intumeſcit, aliquando palleſcit et marceſcit; oculi videntur humidi et inflammati. Sub initium protinus invadunt

dunt, inquietudo magna, anxietas, ſyncope, animique demiſſio inſignis.

Pulſus arteriarum ab initio uſque plerumque ſunt celeres, parvuli, inaequales et inſtabiles; in aliis duri et parvi, in aliis molles et pleni, ſed abſque illis viribus quae morbos inflammationem habentes concomitantur. Si brevi poſt principium morbi vena ſit inciſa, ſanguis colore ruberrimus eſt; ſin vero detractus aliquamdiu remanſerit, craſſamentum non in coagulum firmum tenaxque convertitur, ſed textura laxum et gelatinoſum manet. Serum copia craſſamentum longe excedit, colore flavum. Urina primum, ad ſeri ſimilitudinem, cruda eſt, et dein, prout morbus progreditur, quaſi bile tincta flaveſcit, et cito, poſtquam ſpes ſalutis manifeſta affulſit, fit turbida; quodque in ea ſubſidit, eſt farinaceum.

Si aegrotus, quod plerumque fit, horis matutinis correptus ſit, ſigna magnopere noctem verſus ingraveſcunt, et calor ac inquietudo augeſcunt. Res ita ſeſe plerumque habent uſque ad ipſum fere mane, cum, poſt ſomnum leviuſculum et interpellatum, ſudor prorumpit, qui non parum ſymptomata levat, et forma intermittentis morbum impertitur. Per totum morbi curriculum, quam conſtanter redeunt exacerbationes veſpertinae.

Brevi vero poſteaquam morbus primum invaſit, vel eodem tempore, uvula, tonſillae, et glandulae maxillares, adeo ſaepius intumeſcunt et inflammationem ſubeunt, ut etiam inter initium aegroto ſtrangulationem intentent. Hae partes, cum velo pendulo palati, malis utriſque juxta introitum faucium, et pharynge, ſunt colore florido-rubrae, coccineaeve, et ſpeciem nitentem laevemve prae ſeſe ferunt. Hic color autem, in ora palati poſteriore, in angulo ſupra tonſillas, et in tonſillis ipſis, ſe potiſſimum oſtendit. Deinde maculae complures albidae in hiſce partibus conſpiciuntur, quae cito ad tantam magnitudinem perveniunt, ut unam tonſillam vel utramque cooperiant. Figura plerumque ſunt irregulares, colore albo-pallidae, margine florido-rubro ſaepe circumdatae. Albedo vero macularum illam, in gingivis preſſurae ſubjectis ſe oſtendentem, vel pus ſub cute deliteſcens, magnopere refert.

Sitim minus in hoc, quam in quolibet alio morbo acuto, conqueritur aegrotus. Lingua fere apicem verſus aliquantulum madeſcit, a ſordibus immunis; caeterum pellicula cruſtave flaveſcente, fuſca, ad radicem obducitur.

Spiritus odorem ingratum et nauſeoſum habet, qui demum adeo putreſcit et foetet, ut ipſi aegro-

to

to propemodum ſit intolerandus. Morbo progrediente, omnia haecce ſymptomata plurimum ingraveſcunt; febris fit concitatior; inquietudo, anxietas, difficultaſque devorandi, non parum augeſcunt; et vigilia continua, ſaepiſſimeque delirio accedente, caput vertigine, dolore, et gravedine, magis afficitur.

Nonnulli aegrotantium jacent fere ſenſus expertes, obſtupidique, crebro ſubſilientes, ſibique muſſitantes; cutis, nulla proclivitate ad ſudorem ſe manifeſtante, magis caleſcit, areſcit, et aſperatur.

Facies, collum, pectus, et manus, ad digitos extremos uſque, colorem admodum eryſipelatoſum induunt, planeque tumeſcunt. Papulae complures parvulae in brachiis aliiſque partibus apparent, colorem igneum, et evidenter illis circumdato rubriorem, habentes. Ad magnitudinem plerumque maximam perveniunt, et plurimum eminent, ubi rubor eſt minimus, viz. in brachiis aliiſque corporis extremis.

Angina plerumque eruptionem praecedit, aliquando vero eruptio anginam. Immo, quibuſdam in exemplis, angina hujuſcemodi gravi, abſque ulla eruptione omnino, nonnulli ſunt correpti; in eoſdem tamen pruritus magnus et cuticulae deſquamatio invaſerunt. Hoc tamen in adultis, haud-

quaquam

quaquam in pueris, evenire conſuevit. Puſtulae non raro tam exiguae ſunt, ut aciem oculorum propemodum effugiant, licet tactu poſſint deprehendi; quoniam aſpredinem cuti leviuſculam, quae tumefacta, inflammata, et colore coccineo imbuta videatur, ſaepe conciliant. Prout vero cutis hunc ſibi colorem adquirit, aegritudo, vomitus, alvique dejectiones, fere levantur; ſed hoc non eſt perpetuum. Interdum enim eruptio coloris ignei univerſa, ſymptomatis ne minime quidem levatis, immo contra, quibuſdam illorum etiam augeſcentibus, in conſpectum ſeſe dedit. Non pauca hominum Huxham exempla recenſet, qui phrenitide concitatiſſima ſunt extincti, eruptione colore flammea, et maxime univerſa, quam unquam viderit, cooperti. Hinc eruptionem vim morbi tantum monſtrare concludit. Nihilominus vero eruptio benigna, altero tertiove die ſe manifeſtans, pro ſigno fauſto habenda eſt.

Poſtquam eruptio ſeſe prodidit, fauces in eodem fere ſtatu manent, praeterquam quod maculae albidae magis opacae fiunt. Hoc vero tempore compertum habebis, id quod prius pro tumoris ſuperficiem inſidentis tegumento duxeris, veram eſſe cruſtam, ulcus ejuſdem magnitudinis obtegentem.

Omnes

Omnes partes ſupra comprehenſae hiſce exulcerationibus objiciuntur, potiſſimum uvula, tonſillae, pharynx, radix linguae, ſuperficieſque malarum interior. Caeterum, ſi morbus ſit lenior, ulcera ſunt adeo levicula, ut a partibus reliquis, per parvulam ſuperficiei inaequalitatem, tantum ſecerni poſſint; quanquam aliis ulcera, praeſertim ſi ea male curaveris, vel ex toto neglexeris, carnem altius erodere conſueverunt.

Inſuper parotides intumeſcunt, dureſcunt, tactuique dolent; et morbo gravi, tumor ingens, oedematoſus, collum circumdat, ad pectus uſque pertingens, periculumque non parum adaugens.

Spiritus, tunc temporis, fit magis difficilis, cum ſonitu quodam inſigni, quaſi aegrotus ſuffocaretur; vox rauca et cava, velut in affectibus gutturis fauciumque venereis. Hinc exortum eſt nomen morbi Hiſpanicum *Garrotillo.*

Eruptio ſi non feliciter ſymptomata reliqua levabit, multum nocte proxima fere ſemper graveſcunt, et quaedam delirii ſpecies accedit, ab ea, quae pleroſque alios comitatur morbos, aliquantulum diverſa. Alloquentibus aegroti plerumque ſatis apte, ſed ſolito expeditius, reſpondent; ſibi ipſis vero muſſitant, et aliena loquuntur, deliriumque ſuum tranquillitatem nimiam oſtentare conando

do

do produnt. Hoc illis frequentius accidit, quibus ſomnus rarius obrepit. Alii, contra, modo longe diverſo afficiuntur; ex toto enim obſtupeſcunt, et ſopore obruuntur. Ita plerumque per tres quatuorve dies ſeſe habent, ſymptomatis ſub noctem ingraveſcentibus; ſudore vero parcius copioſiuſve horis matutinis prorumpente, fiunt meliores; magnopere tantum langueſcunt, quod ante omnia alia conqueruntur.

Hic morbus autem regulariter haud unquam judicatur, nec ullum tempus eſt certum ac definitum, quo acmen ſuam attigiſſe dicatur. Quidam a die primo uſque quo fuerint occupati convaleſcere incipiunt; caeterum, multo ſaepius morbus in junioribus, curatione etiam idonea adhibita, non ante quartum, quintum, ſextumve diem; in aetate vero provectioribus, aliquantulo ſerius conſiſtit. Alii, ateria ad pulmones demigrante et peripneumoniam inferente, ſecundo tertiove die rapiuntur. Quiſnam vero eventus morbi ſit futurus, ſequentia indicant. Si poſt ſudorem lenem facilemque rubor cutis calorque imminuantur, pulſus arteriarum fiat tardior, firmior, et magis aequalis; tumor colli externus ſubſidat, cruſtae faucibus inhaereſcentes facile decidant, ulcera pura, et ad imum coloris floridi videantur, prompteque ſaneſcant,

aegrotus

aegrotus ſomno parum turbido fruatur, et vigilans a delirio prorſus immunis ſit, appetentia cibi ſolidi redeat, ſpiritus liber molliſque evadat, vigor oculis acieſque priſtina reſtituantur, et ſudores cum ſputo copioſo cuticulaque decidua modici perſtent, aegrotus ad ſanitatem brevi reducetur.

Contra vero, ſi rigor invadat; ſi exanthemata ſubito intus recedant, liveſcant, vel nigreſcant; ſi pulſus arteriarum fiant parvuli et celeres, cutis calida et ſicca, ſpiritus difficilis; ſi oculi, fulgore naturali privati, ſpeciem quaſi vitream prae ſe ferant; ſi urina pallida et limpida feratur; ſi phrenitis vel coma cum ſudoribus faciei et extremorum frigidis et glutinoſis accedant; praeſertim ſi adſit ſingultus, vel alvus foeces liquidas, abſque animi imperio, ſubito excernat; mortem non longe abeſſe pro certo habeas.

Quibuſdam facies multum inflatur, admodum pallida; collum totum non parum intumeſcit, ſpeciem cadaveris plane reddens; et corpus univerſum adeo oedematoſum eſt, ut veſtigium digiti ſibimet impreſſi in tempus diuturnum retineat, quod humores in vaſculis minimis ſtagnare, et elaterem fibrarum ex toto amiſſum eſſe, quam aperte demonſtrat.

Anima

Anima diem quartum quintumve verſus magis magiſque foetida evadit, ut tandem prorſus ſit intolerabilis, et aegrotus magnam muci in pus converſi et foetentis, ſanguine nonnunquam tincti, et colore lividi, copiam exſpuit.

Partes narium interiores inflammantur, corroduntur, et ichorem ſanioſum, tenuem, corroſivum, albamve materiem putridam deſtillant, cui tantum ineſt acrimoniae, ut labia, malas, manuſque puerorum, hoc morbo laborantium, et etiam digitos ac brachia eoſdem curantium erodat. Haec eadem materia acris in ventriculos puerorum deſcendens haud immerito forſitan cauſis annumerari poteſt, cur morbus pueros gravius quam adultos exerceat. Eoſdem effectus in inteſtina, ac in partes corporis reliquas cum edat haec materia viroſa, haud dubie in cauſa eſt illorum torminum violentium, dejectionum ſanguinolentarum, exulcerationumque ani et clunium, quae cum hoc morbo nonnunquam conſocientur, et ſaniem per totum canalis alimentarii tractum vires ſuas nocivas retinere oſtendant.

Quinetiam trachea per hanc materiam nonnunquam exulceratur, et portiunculae membranae ejus internae ſimul cum ſanguine multo mucoque corrupto ſaepius exſcreantur. Hoc ut morbus aegrotum

grotum aliquamdiu traxerit, et phthiſis pulmonalis eum tandem conſumpſerit, interdum effecit.

Haemorrhagiae narium, ſub quolibet morbi ſtadio, non ſunt inſolitae; et menſes illis, in quibus hoc per aetatem liceat, cito poſtquam morbus invadit, periodo, uti aiunt, longe diſtante, frequenter proveniunt. Quae tempore ſolito menſtruis purgantur, illis ſanguis effuſus quantitatem communem multum excedit. Immo nonnullis per morbi decurſum, in quibus nulla eorum ſigna unquam ſe prius oſtenderint, menſtrua profunduntur. Haec autem evacuatio, niſi admodum copioſa, haud magnopere nocet; at juſto copioſior animi deliquium et omnia alia ſigna adauget.

Quo denique hiſtoria morbi magis plena et abſoluta ſit, quae in cadaveribus illorum quos angina maligna rapuerit incidendis ſe in conſpectum dederint, ea leviter percurrere liceat.

CADAVERUM INSPECTIO.

Quaſdam mortuorum inciſiones Lieutaud * celeberrimus in lucem edidit, unde conſtat non ſo-

D lum

* Vid. Lieutaud precis de la medicine, edit. 2. Par. p. 519.

lum fauces et nares, ſed laryngem quoque, tracheam, et bronchia, cruſtis iiſdem quae in tonſillis, uvula, &c. ſe manifeſtant, obduci. Quibuſdam in caſibus, per totam oeſophagi, ventriculi, et inteſtinorum longitudinem, ſunt repertae. Hoc ſemper ſuſpectum haberi poteſt, cum aegrotus tormina et diarrhoeam multum conqueritur.

Inſuper, Le Cat * clariſſimus, in morbo maligno ulceribus faucium ſtipato depingendo, qui apud Rouen annis 1753-4 epidemice graſſata eſt, exempla compluria, in quibus tunica villoſa, per univerſum canalis alimentarii tractum, gangraena ſit corrupta, commemoravit. Immo, in aliis, omnes inteſtinorum tunicae adeo fuerint vitiatae, ut foeces ex illis elapſae in cavum abdominis inciderint.

Nullae vero inciſiones tam curioſe et diligenter peractae ſunt quam eae quas Ill. Withering, in diſſertatione ſua inaugurali, Edinburgi anno 1766 impreſſa, deſcribendas curaverit †. ‘ Mulier ‘ quaedam trimeſtri ſpatio poſt partum, in angi‘ nam gangraenoſam implicita eſt; quo morbo pro‘ cedente, exanthemata pectore apparebant ; alvus ‘ limoſa quaedam cum torminibus reddebat ; ipſa

‘ octavo

* Vid. Philoſ. tranſ. vol. 49. p. 49.

† Vid. Withering diſſert. inaugural. p. 8.

'octavo die perempta eſt. Cadavere aperto, 'membrana, fauces et ſuperiorem oeſophagi partem intus obducens, multo craſſior juſto, cruſtiſque fulvi coloris conſita, reperiebatur; quibus 'facile ſeparatis, partes ſubjectae raſae, tanquam 'inde aliquid periiſſet, apparebant. Rubedinem, 'quae vivarum fuit, fauces perdiderant. Craſſior ſolito, magiſque rubra interior laryngis membrana erat. Ventriculus et inteſtina materiem 'limoſam continebant. Circa guttur glandulae 'lymphaticae ampliatae erant; ſalivae autem ſub 'lingua glandulae minime affectae videbantur. 'Glandula quaedam lymphatica protinus ſupra 'ipſum parotidis additamentum ſita, magnopere, 'ipſa vero parotis glandula minime, tumeſcebat. 'Hinc tumores, qui a parotidum et ſalivae in 'maxillis glandularum affectibus orti crediti ſunt, 'revera glandularum lymphaticarum eſſe; quodque acrem ex ulceribus faucium materiem hae 'imbiberint ideo effectos; et ſalivae glandulas ſolum ex reliquis partibus tumefactis deinde affici, 'veriſimillimum eſt. Ad ſupra dicta adtexendum videtur, huic mulieri ſanguinis unciis quatuordecim detractis, arterias multo debilius micuiſſe, robur prorſus fractum eſſe, ipſamque ad 'priſtinas vires et valetudinem, auxiliis aliter ſe-

'cundiſſimis

‘ cundiſſimis adhibitis, nunquam deinde reduci ‘ potuiſſe.

‘ Idem juvenis, pueri annos quinque nati hoc ‘ morbo perempti, cadavere ſcrutato, membra- ‘ nam fauces intus obducentem multo ſpiſſatio- ‘ rem, non incruſtatam, ſed ulceribus maculiſque ‘ liventibus, per magnam oeſophagi partem ſer- ‘ pentibus, conſitam, laryngem a morbo liberam, ‘ pituitoſam naſi membranam memorabiliter tu- ‘ mefactam, conſpexit. Hic puer vivus exanthe- ‘ matibus caruerat; ſed, alvo ſoluta, per totum ‘ morbi tempus, erat exercitus.’

Eadem fere phaenomena, ac ſupra comprehen-ſa, a doctiſſimo profeſſore Rolando Martin in inciſione quadam ſunt animadverſa, cujus mentio in diſſertatione inaugurali H. C. D. Wilcke, Stockholmiae typis mandata, eſt injecta.

‘ Aſperam arteriam intus undique ſingulari in- ‘ ductam membrana obſervavit, quam ſponte fere ‘ nexu omni ſolutam peculiaris tubi inſtar extraxit, ‘ craſſiore, griſea, et ex putredine laciniosa, qua ‘ cavum ſui ſpectabat; qua vero aſperae ar- ‘ teriae adhaeſerat, ſanguineo-purpurea. Quo ‘ longius in pulmones deſcenderet, eo palli- ‘ dioris fuit ruboris, et in ſubtiliſſimis quidem ‘ bronchiorum ramis prorſus albicans, ſpeciem ‘ praebuit membranae quae ovi putamen intus in-

‘ veſtit;

'veſtit; quacunque vero ſe extenderet, evidenter 'a membrana bronchiis propria diſtingui potuiſſe 'judicavit vir acutiſſimus. Pulmones non fuerunt 'inflammati, neque ulla rationi laeſi, ut ſuffocatio-'ne infantem periiſſe conſtaret*.'

Quinetiam Cl. Bard, qui hujuſce morbi, prout in America ſeſe oſtendit, hiſtoriam tradidit, tres cadaverum inciſiones verbis ſequentibus enarravit.

'I have had an opportunity of examining the 'nature and ſeat of this diſeaſe, from diſſection, 'in three inſtances. One was a child of three 'years old. Her firſt complaint was an unea-'ſineſs in her throat. Upon examining it, the 'tonſils appeared ſwelled and inflamed, with 'large white ſloughs upon them, the edges of 'which were remarkably more red than the other 'parts of the throat. She had no great ſoreneſs in 'her throat, and could ſwallow with little or no dif-'ficulty. She complained of a pain under her 'left breaſt; her pulſe was quick, ſoft, and flut-'tering. The heat of her body was not very 'great, and her ſkin was moiſt; her face was 'ſwelled; ſhe had a conſiderable proſtration of 'ſtrength, with a very great difficulty of breath-'ing; a very remarkable hollow cough, and a

'peculiar

* Vid. Sandifort theſaur, vol. 2. p. 352.

'peculiar change in the tone of her voice. The 'next day her difficulty of breathing was increa-'ſed, and ſhe drew her breath, in the manner be-'fore deſcribed, as if the air was forced through 'too narrow a paſſage; ſo that ſhe ſeemed inca-'pable of filling her lungs. She was exceeding-'ly reſtleſs, toſſing perpetually from ſide to ſide; 'was ſenſible; and, when aſked a queſtion, would 'give a pertinent anſwer; but, otherways, ſhe 'appeared dull and comatous. All theſe ſymp-'toms continued, or rather increaſed, until the 'third night, on which ſhe had five or ſix looſe 'ſtools, and died early in the morning.

'Upon examining the body, which was done 'on the afternoon of the day ſhe died, all the 'back parts of the throat and the root of the 'tongue were found interſperſed with ſloughs, 'which ſtill retained their whitiſh colour. Upon 'removing them, the parts underneath appeared 'rather pale than inflamed. No putrid ſmell 'could be perceived from them; nor was the 'corps in the leaſt offenſive. The oeſophagus, or 'gullet, appeared as in a ſound ſtate. The epiglottis 'which covers the wind-pipe, was a little infla-'med; on its external ſurface, and on the inner 'ſide, together with the whole larynx, was cover-

'ed

‘ ed with the ſame tough white ſloughs as the ‘ glands of the throat. The whole trachea, quite ‘ down to its diviſion in the lungs, was lined with ‘ an inſpiſſated mucus, in form of a membrane, ‘ remarkably tough and firm; which, when it ‘ came into the lungs, ſeemed to grow thin and ‘ diſappear: It was ſo tough as to require no in‘ conſiderable force to tear it, and came out ‘ whole from the trachea, which it left with ‘ much eaſe, and reſembled, more than any thing, ‘ both in thickneſs and appearance, a ſheath of ‘ thin ſhammoy leather. The inner membrane ‘ of the trachea was ſlightly inflamed; the lungs ‘ too appeared inflamed, as in peripneumonic ‘ caſes; particularly, the right lobe, on which there ‘ were many large livid ſpots, though neither rot‘ ten or offenſive; and the left lobe had ſmall ‘ black ſpots on it, reſembling thoſe marks left ‘ under the ſkin by gun-powder. Upon cutting ‘ into any of the larger ſpots which appeared on ‘ the right lobe, a bloody ſanies iſſued from them, ‘ without frothing; whereas, upon cutting thoſe ‘ parts which appeared ſound, a whitiſh froth, ‘ but ſlightly tinged with blood, followed the ‘ knife.

The

‘ The ſecond diſſection I attended, was of a child ‘ about ſeven years old, who had all the ſymptoms ‘ with which this diſeaſe is commonly attended, ‘ except that, in this caſe, the glands of the throat ‘ and upper parts of the wind-pipe were found ‘ entirely free from any complaint; and the diſ-‘ eaſe ſeemed to be confined to the trachea ‘ only, which was lined with this tough mucus, ‘ inſpiſſated ſo as to reſemble a membrane. ‘ We could trace it into the larger diviſions of ‘ the trachea, and it was evident that the ſmalleſt ‘ branches were obſtructed by it: For it was very ‘ obſervable that, upon opening the breaſt, the ‘ lungs did not collapſe as much as uſual, ‘ but remained diſtended, and felt remarkably ‘ firm and heavy, as if they were ſtuffed with the ‘ ſame mucus.

‘ The laſt was a child of about three years old, ‘ who died in thirty ſix hours after the difficult ‘ breathing firſt came on; yet, even in this caſe, I ‘ diſcovered, and ſhewed to ſeveral by-ſtanders, ‘ the inſpiſſated mucus which lined the trachea, ‘ and which was ſo remarkable as to be evident ‘ to all who ſaw it, that it muſt have been the ‘ cauſe of the child’s death.”

Aliquot

Aliquot forſitan ex inciſionibus puerorum, qui e ſuffocatione ſtridula mortui ſint, a clariſſimo profeſſore Home relatis, hic loci in medium proferri debent; praeſertim ſi poſtea morbum, qui vulgo ſpecies ſuffocationis ſtridulae eſſe cenſeatur, potius pro angina maligna eſſe habendum, pateſcet.

Ait vir egregius, 'On opening the trachea of 'theſe children, it was found to be lined with a 'whitiſh membrane, under which a collection of 'pus was formed. Pus of the ſame nature was al'ſo ſqueezed from the branches of the bronchiae 'within the ſubſtance of the lungs, though, in o'ther reſpects, they ſeemed quite ſound and free 'from inflammation *.'

D I A G N O S I S.

Hic morbus a qualibet alia anginae ſpecie eſt adeo diverſus, ut vix operae pretium foret, ſigna quae illo dignoſcendo inſerviunt, recenſere. In naturam vero ejus, cum nimis diligenter inquirere nequeamus, qui characteres eum ab angina in-

 flam-

* Home on the croup.

flammationem habente ſecernant, eos proponere aggrediemur.

Angina maligna pueros quam adultos, mulieres quam viros, debiles et valetudinarios ; inflammatoria, contra, adultos et viros, valentes et ſanos, invadit. Maligna frequentiſſime per Autumnum graſſatur, admodum contagioſa ; inflammatoria maxime Vere infeſtat, contagione nunquam ſeſe diffundens. Utraeque ab horrore incipiunt ; caeterum maligna frequentius aegritudine, vomitu, alvo fuſa, dolore capitis acuto, quam inflammatorio, ſtipatur. In illa pulſus arteriarum ſunt celeres, parvuli, inaequales, et inſtabiles, aliquando graves et undoſi ; in hac, frequentes, validi, duri. In maligna guttur leviuſcule tantum, in inflammatoria acutiſſime, dolet. Morbum eſſe malignum teſtantur, vires magnopere proſtratae, animus praeter conſuetudinem demiſſus, anxietas perpetua, ſuſpirium, praecordia oppreſſa, oculorum languor et hebetudo. Caeterum, cruſtae in conſpectum venientes, praeſertim ſi coccineam vel eryſipelatoſam cutis eruptionem ſecum conjunctam habeant, omnem ſcrupulum et dubitationem tibi injectam tollent, et nihil eſſe cauſae, cur affectum inflammationem habere ſuſpiceris, plane demonſtrant.

Una

Una tantum anginae ſpecies reſtat, a qua hic morbus accurate diſtinguatur neceſſe eſt, viz. Angina infantium, vel ſuffocatio ſtridula. Sin vero animum ad diviſionem hujuſce morbi, quam optime tradiderint auctores, conſiderandam adjungas, cito compertum habebis, omnes ejus caſus ab angina maligna non poſſe ſecerni. *Whytt* jure celeberrimus, ſuffocationem ſtridulam in ſpaſmodicam, inflammatoriam, et putridam, diviſit. Inquit quoque egregius *Home*, ſuper hoc argumento agens: ‘ There are two different ſituations of *ſuffocatio* ‘ *ſtridula*, one inflammatory and leſs dangerous, ‘ the other leſs inflammatory and highly dange- ‘ rous; in the former, the pulſe is generally ſtrong, ‘ the face red, drought great, and they agree with ‘ evacuations; in the latter, the pulſe is very ‘ quick and ſoft, great weakneſs, tongue moiſt, ‘ leſs drought, and evacuations haſten death.’

Species autem prior, ſymptomatis inflammatoriis et ſpaſmodicis ſtipata, facile, et eodem modo quo angina inflammationem habens, ab angina maligna ſecernitur. Poſterior vero, cum eadem omnino ſymptomata, quae angina maligna habeat; cum inciſiones cadaverum ſupra comprehenſae tracheam, cum in angina maligna, tum in ſuffocatione ſtridula, craſſitudine non parum augeri demonſtrent

ſtrent; cum Huxhamii ſcripta, aliorumque medicorum experientia, vocem ſtridulam anginam malignam non raro concomitari teſtentur; cumque auctores ſuffocationem ſtridulam putridam, et anginam malignam, per eaſdem res circumſtantes augeri, et per eadem remedia ſanari, confiteantur; non abſque ratione graviſſima pro ſpecie potius anginae malignae, quam ſuffocationis ſtridulae, habendam eſſe putamus.

Igitur anginam malignam in ſpecies duas, viz. anginam malignam tonſillarem, et anginam malignam trachealem, dividamus oportet.

Harum prior hoſce caſus comprehendit, in quibus ulcera faucibus et oeſophago continentur, nec ad laryngem pertingunt. Morbus autem in unoquoque hujuſcemodi exemplo ſymptomatis communibus ſtipatur.

Poſterior, viz. Trachealis, omnes hoſce caſus complectitur, in quibus afficiantur larynx et bronchiae. Hanc plene deſignant, vox acuta et ſtridula ſupra poſita, reſpiratio difficilior, tuſſis frequens, muci putridi exſcreatio, fauces ſimul maculis albidis obductae.

Speciem unam ab altera rite internoſcere magnopere refert; quoniam exinde ſummum in eventu mali praeſagiendo auxilium deduci poteſt. Ægrotus,

grotus, angina maligna tracheali laborans, ad ſanitatem rariſſime perducitur; et in exemplis illis pauciſſimis, ubi ſpes morbum depellendi ulla videatur affulgere, viae curandi ab ea, quae vulgo adhibeatur, aliquantulum diverſae, eſt inſiſtendum.

Cauſae hujuſce morbi deinceps ſunt conſiderandae.

CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

1. Habitus corporis nimis relaxatus.

Unumquodque ex ſtadiis vitae diverſis, ob quaſdam conſtitutionis corporeae proprietates, ſub ſingulis invaleſcentes, morbis ſibimet peculiaribus patere ſolet. Ita, pueri, quibus habitus ſit laxior, et fibrae textura delicatulae atque tenellae, morbis a relaxatione ortum ducentibus, ante alios objiciuntur. Hinc quoque evenit quod angina maligna pueros magis quam adultos, foeminas magis quam mares, invadit. Relaxatio ab aliis cauſis quibuſcunque oriunda eoſdem edet effectus.

2. Debilitas omnigena. Defatigatio igitur nimia, et diaeta parcior tenuiorque, ad hunc morbum movendum nonnihil conferre poſſunt; et forſitan

ex aliqua parte in cauſa ſunt, cur plebeculam magis quam divites, et cibo lautiore, vinoque potiſſimum utentes, corripiat. Evacuationes nimiae eundem in modum anginae malignae obnoxios efficiunt; hinc mulieres, quibus menſtrua copioſius proveniant, illi imprimis objiciuntur. Affectus etiam animum infringentes, ii ſunt, metus, terror, moeſtitia, &c. hi omnes ſyſtema haud dubie debilitant, et ſuo imperio ſubjectos contagioni unicuique reddunt imprimis opportunos.

3. Alia quoque cauſa, quae homines ad hunc morbum reddat procliviores, eſt acrimonia humorum nimia. Idcirco vix fieri poteſt, quin illi huic vitio maxime pateant, quibus habitus corporeus ſcorbuto ſit contactus, quibus vires ex uſu *mercurii* ſint convulſae, quique tempus in diuturnum, oleribus deficientibus, cibo animali victitarint. Huic cauſarum claſſi accenſendae ſunt excretiones ſuppreſſae, quae plerumque, niſi per auxilium maturum et tempeſtivum reſtituantur, ſtatum ſyſtemati putridum inferre conſueverint.

CAUSA OCCASIONALIS

Unica ac univerſa eſt contagio peſtifera ſpecifica. Neminem, cui hiſtoria hujuſce morbi etiam leviter

leviter innoteſcat, eum indolis eſſe contagioſae fugere poteſt. Sub primum enim exortum in omnibus regionibus, unde fama ejus ad aures pervenerit noſtras, longe lateque ſeſe diffudit, etiam rapidiſſime, praeſertim in pueris et omnibus quos contagioni cauſa quaelibet magis obnoxios reddiderat, progreſſus. Quandocunque in familiam quamvis invaſit, pueros omnes, praeter eos quos fuga a contagio longe removerat, fere ſemper occupavit; immo tales adulti, quales aegrotos frequenter curarunt, praeſertim ſi anima aegrotantis ad illos protinus adſpiraſſet, vim ejus peſtiferam vix unquam effugerunt.

Quinetiam, ſymptomata ejus, cum in plaga qualibet ſeſe primum oſtendit, graviſſima ac funeſtiſſima fuerunt; dein ſenſim ſenſimque leniora et mitiora evaſerunt, quod unicuique in omnium contagiorum ſpecificorum hiſtoria notiſſimum eſt; quod vero rite explicatum dare non facile poſſis. Hujuſce cauſis forſitan annumerandum eſt, quod in eum maxime propendentes primum invadit. Quinetiam, ex aliqua parte rationi curandi parum idoneae deberi poteſt; cum enim morbus recens exortus eſt, curatio ejus non aeque perſpecta habetur, ac poſtea cum indoles morbi magis eſt patefacta

tefacta et illuſtrata. Caeterum, noſtro judicio, aliquid in hoc caſu contagioni ipſi eſt referendum; quae plerumque ab una orbis terrarum regione ad alias, veſtimentis aliiſve materiis, quae illi pro fomite inſerviant, devecta fermenteſcit, et ita non parvum poteſtatis ſuae venenatae incrementum adquirit. Et ſub hoc ſtatu ſyſtemate recepta affectus multo magis violentos edit, quam unquam poſtea, cum contagium protinus a corpore humano, morbo laborante, promanat. Rem ſaltem in contagio peſtis ita ſe habere clare demonſtravit Cullenus; et idem in contagione anginae malignae evenire poſſe eſt veriſimillimum.

Hoc praeterea morbum a contagione ſpecifica pendere demonſtrat, quod regiones orbis terrarum diverſas ſenſim ſit pervagatus. Hunc morbum apud Ægyptum ubique fere graſſatum fuiſſe Aretaeus memoriae prodidit, et quidem veriſimillimum eſt, adinſtar complurium aliorum morborum peſtilentium, ab illa regione, quae miaſmatis putridis et inſalubribus, quibus ſcateat, adeo inſigniter ſit infamis, originem ſibi traxiſſe. Exinde cum Syria, Natolia, et inſulis maris Ægaei communicatus fuiſſe videtur, dein poſtea Siciliam, Italiam, et Hiſpaniam, attigit: Ab Hiſpanis, uti videtur, per caeteras omnes Europae regiones, ſtragemque

gemque horrendam ediderit, diffuſus. Contagium igitur evidenter cauſa hujuſce morbi occaſionalis eſſe videtur; caeterum, quod vires peſtiferas ſpectat, ab aliis rebus circumſtantibus multum intendi poteſt.

CAUSÆ EXCITANTES.

1. Regiones humidae et tempeſtates, loca depreſſiora, uliginoſa, ac paluſtria. Haec vero praecipue nocent, cum calore conſociata; omnes enim noverunt calorem, cum madore conjunctum, putredinem quam maxime promovere. Ex hiſtoria enim ſtatus aërii per aliquot annos, exortum hujuſce morbi, qui in annum 1753 inciderit, praecedentis, ab Huxham Plymuthenſi, et Johnſtone Kiddermonaſterienſi tradita, plane perſpicueque pateſcit, hyemem anni 1752 admodum fuiſſe humidam, nebuloſam, pluvioſam, aëre calido potius quam frigido, gelu rariſſimo, eoque evaneſcente.

In convalle depreſſa ſitum eſt Kiddermonaſterium, pratis circumdatum, quae amnis modicus, qui medium per oppidum leni fluit agmine, ſaepius inundet; hinc aqua ſtagnans et putreſcens

 incolas

incolas morbis malignis obnoxios efficere conſuevit.

Effectus pernicioſi, quos inquinamenta paluſtria corpus in humanum edant, et poteſtas movendi, qua plane ſunt praedita, febres intermittentes, contagium in exemplo praeſenti ab illis non parum auctum iri, ſatis evincere videntur. Nam loca, quo nihil fere notius, paludibus vicina, morbis putridis quam plurimum objiciuntur.

2. Effluvia a nimis multis in locum anguſtiorem condenſatis oriunda. Hinc aër prohibetur, quo minus ad corpora ſingulorum aſpiret, et materiem perſpirabilem ab illis exhalantem, eandem late diſſipando, innocuam efficiat. Periculum vero ab hoc fonte profluens etiamnum multum augetur, ſi homines ita conferti ſint tenuiores, utpote quibus, in domibus parvulis; ubi ratio munditiarum juſta non habetur, agentibus, ſaepe deficiant induſia, et alia veſtimenta a ſordibus ſatis immunia.

Febres periculi multum habentes, et natura ſua plane malignae, in carceres, noſocomia, et caſtra, arcte concluſa, ſaepius invaſere. Haudquaquam igitur mirandum foret, ſi anginae malignae contagium,

tagium, effluviis humanis adjunctum, multo magis funeſtum et violentum evaderet.

CAUSA PROXIMA.

Ex omnibus, quae in parte hujuſce diſſertationis praecedente ſint dicta, aperte conſtabit, cauſam anginae malignae proximam eſſe acrimoniam putridam in ſyſtema invectam. Hinc affectus corporis univerſos, qui a debilitate poteſtatis nervoſae, et mole humorum circumeuntium diſſoluta, protinus oriantur, facillimum erit explicare. Quibus autem rationibus haec acrimonia fauces prae aliis partibus occupet, dijudicare nequaquam in promptu foret; ex his enim argumentis eſt, quae nocte caliginoſa forſitan in perpetuum prementur. Analogiam tamen quandam leviuſculam, hunc morbum inter et alios exanthematicos, qui affectu gutturis majore vel minore fere ſtipantur, cernamus licebit. Hoc vero omnibus adeo innotuit, ut vix operae foret morbillos variolaſque, velut ejuſdem documenta, commemorare.

METHODUS MEDENDI.

Ex cauſa proxima, hoc modo explicata et illuſtrata, oritur unum curandi conſilium generale, viz.

Diatheſin ſyſtematis univerſi putridam corrigere, et progreſſum putredinis in partibus ſingulis coercere.

Huic autem conſilio alii alia reſpondere contendunt; eorum praecipua meminerimus, noſtram de ſingulis opinionem ſubinde interponentes.

A. *Sanguinis miſſionem.* Hanc antiquiores pro remedio magni momenti habuerunt, et eandem ſcriptores plerique, a ſaeculo Aretaei ad Fothergillii uſque, laudibus concelebrarunt.

Vias curandi ab Aretaeo et Ætio propoſitas, cum jam viderimus, eas rurſus, hic loci, quamvis leviter, percurrere ſupervacaneum foret; notare ſufficiat, utrumque ſanguinis detractionem laudare, morbum, primo ſub ſtadio, inflammationem habere exiſtimantes.

Eandem ob cauſam, hoc remedium principes e medicis Hiſpanis Italiſque ſuaſerunt; plerique tamen illorum, ſub initium morbi, revulſionis ſolum, quod aiunt, faciendae cauſa, adhibendum eſſe putarunt. " Diſputare, inquit Mercatus, coepimus de ſanguine extrahendo; ſiquidem non

non defuerunt medici, qui id renuerunt: Caeterum, unanimi conſulentium conſenſu, primo die ſanguinem miſimus, cruribus ſcarificatis, et mox octava noctis hora brachiis, aut, ſi ultra duos annos fuerit natus, ex vena brachii. In hoc malo plurimum vereri oportet vires plurimum dejicere *". Sanguis ab ℥iv ad ℥viii uſque mittatur Severinus hortatur; "et breviſſime," ait Heredia, "ſecandam eſſe venam confitemur omnes."

Omnes fere medici, hiſce ducibus, in eandem curandi rationem proceſſerunt, donec Fothergill ingenioſiſſimus, naturam morbi genuinam magis quam auctoritatem quorumlibet ſcriptorum vetuſtiorum reſpiciens, ſuam de ſanguine detrahendo, verbis ſequentibus, opinionem enunciarit:

'Bleeding in this diſeaſe has in general been obſerved to be prejudicial: Some indeed admit of it at the firſt attack, without any ſenſible inconvenience; but a repetition of it, even where the diſeaſe is mild and favourable, ſeldom fails to aggravate the ſymptoms; and, in ſome caſes, it appears to have produced very fatal conſequences.

"The heat, reſtleſſneſs, delirium, and difficulty of breathing, which this evacuation commonly

* Mercati, conſ. 24.

ly prevents, or mitigates in other caſes, in this are increaſed by it; nor does the ſwelling of the tonſils, fauces, &c. ſeem to receive the leaſt benefit from it: On the contrary, tho' the fullneſs of theſe parts decreaſes, yet the ſloughs thicken, and change to a livid or black colour, the external tumor grows large, and the ſpitting continually diminiſhes *."

In quadam annotatione ſubjicit, "The heat indeed, and quickneſs of the pulſe, ſeem at firſt to be affected by this evacuation; but they commonly return, after a fallacious reſpite, with greater violence; the patient is ſeized with a difficulty of breathing, falls into cold ſweats, a ſtupor, and dies ſuddenly."

Ab conſuetudine vero ſanguinis temere mittendi fruſtra propemodum dehortatus eſt Fothergill; nec, quae juſta et utilia differuerat, in eo, quem ſibi jure meruerint, honore ſunt habita. Ex ſcriptis enim variis, ex quo ſuam conſcripſerit diſſertationem, in vulgus editis, ſanguinis detractionem a medicis, cum noſtratibus, tum peregrinis, etiamnum extolli pateſcit.

Quinetiam Huxham, qui de genere humano, ob ſuas de febribus obſervationes accuratiſſimas, et earundem curationem, tam bene eſt meritus, in

* Fothergill, p. 41.

in tractatu ſuper hoc argumento, anno 1752 typis mandato, de ſanguine eliciendo verba facit ſequentia:

"I met with too many inſtances before, of raſh bleeding and purging in this diſtemper; nay, ſome were weak enough to tell me, the blood they had drawn was very fine and rich; florid truly I found it, as lambs blood; but ſo ſoft and looſe that you might cut it with a feather, giving off little or no ſerum, but having exactly ſuch an appearance as when ſpirit of hartſhorn is poured to the blood to prevent its natural coagulation. I will not ſay but that, in ſome plethoric adult perſons, ſome blood may be drawn in the beginning of this diſeaſe; and I have, in ſome few, ordered it with advantage, particularly as to the anginoſe ſymptoms, and where the difficulty of breathing was alſo conſiderable; but I muſt ſay, a repetition of the bleeding to any conſiderable degree is extremely detrimental, where the firſt blood, eſpecially, was of ſuch a looſe and ſoft texture; for the ſecond or third will always be found a mere ſanious gore, as I have too often noted: Nay, ſometimes I have obſerved the firſt blood drawn covered with a very thin, whitiſh, or lead-coloured ſkin, pretty tenacious; but im-

mediately

mediately underneath it, was a greeniſh ſoft kind of jelly, and at bottom, a very looſe, black craſſamentum, ſcarce at all cohering. This appearance of the blood, however, as much forbids further bleeding as that above deſcribed, and is moſtly obſerved when there is a throbbing pulſe, and great heat at the acceſs of the diſtemper *."

In ſumma, Huxham ſanguinis miſſionem his etiam in exemplis concelebrari permiſit, magis quod conſuetudo communis et inveterata ita voluerit, quam quod utilem eſſe ſibi perſuaſum haberet. Illi denique, qui nihil exinde detrimenti ceperint, e morbo fauſte potius et quaſi fortuito evaſerunt, quam ope medicinae ſunt reſtituti.

Cl. Ruſſel, vir alioquin ingenii nequaquam contemnendi, quique medicinam aliquatenus excoluerit, de venis pertundendis hoc modo diſſerit:

"If I have been called in early, I have adviſed bleeding, and given a little manna, committing the buſineſs afterwards to nature, who then proceeds with leſs difficulty in diſpoſing of the diſeaſe after her own way, being not ſo much oppreſſed with that fulneſs which is apt to do ſo much miſchief on the firſt days of febricitants. (But, in many caſes, where the ſymptoms are mild,

* Huxham on fevers, edit. 5 p. 287.

mild, I do not bleed at all; for I have obſerved the blood of theſe patients is not ſizy like thoſe of pleuritics, but the texture appears rather looſe and tender, and therefore does not require bleeding ſo much as inflammatory quinzies*.)

Nec hanc opinionem infauſtam ſolus amplexus eſt, nec hanc curandi rationem funeſtam quam deinceps imitarentur alii ſolus propoſuit, hic medicus; nam ex aliis ſcriptoribus diſcere eſt, hanc evacuationem in hoc morbo, quibuſdam ſubſtantibus, vel fuiſſe plane laudatam, vel non ſatis, pro pernicie graviſſima quam ſoleat inferre, vetitam. Hiſtoriam morbi rite perſpectam ne unum quidem ſanguinis mittendi conſilium ſubminiſtrare, audax affirmo. Propterea quod, in regione in qua ipſe in lucem fuerim ſuſceptus, circiter annum 1750, magnopere graſſatus eſt in locis quae circa ſunt, nomen anginae Kiddermonaſterienſis ſibi adquiſivit, uti olim apud Ægypti incolas, Aretaco florente, ob ſuam frequentiam, ulcera Ægyptiaca appellari conſuevit. Quamdiu vero ſanguinem liberius emittendi conſuetudo invaluit, nullus eo morbus erat funeſtior. Caeterum, ex quo tempore ſcalpello ex toto abſtinere in conſuetudinem venit, nullus eo facilius certi-

G uſve

* Ruſſel's oeconomy of nature, p. 112.

† Vid. Wilcke et Sauvag.

uſve depellitur. Igitur, ſi non defuerunt qui, licet ſanguis ſibi detractus ſit, ex hoc malo tamen convaluerunt; illis haud dubie ſunt annumerandi, qui, conſtitutione corporis validiore, viam curandi peſſimam exſuperante, ad ſanitatem perducti ſunt. Quemnam, quaeſumus, effectum, in morbo putrido, et ad gangraenam tam rapide tendente, edere poteſt ſanguinis detractio? Num aliud, natura jam debilitata et cum hoſte validiore colluctante, quam vires ſyſtematis convellit, violentiamque morbi non parum intendit?

Nonnunquam quidem ulcus putridum in glandula inflammationem revera habente ſe oſtendit; caeterum, rebus ita ſeſe habentibus, ſanguinis miſſione abſtinere melius eſt, quoniam ſuppuratio innoxia periculo gangraenae lethiferae eſt multum anteponenda.

Si noxam a ſanguine eliciendo oriundam penitus perſpectam habuiſſent medici, vita Ducis Gloceſtriae, Britanniae omniumque regionum ad eandem ſpectantium haeredis, tempore quam opportuniſſimo, forſitan fuiſſet conſervata *. Ex hiſtoria

* Natura hujuſce caſus graviſſimi male intellecta, tunc temporis, in cauſa fuit, cur culpae plurimum in medicos conjectum ſit.

Hanneſio

hiſtoria enim caſus hujuſce Principis, quam Epiſcopus Kennet in narratiuncula quadam, quae re-
bus

Hanneſio et Bidloio Dux ad curationem traditus eſt, quibus primum omnium in metu fuerunt variolae. Mater ejus, Anna Princeps, tandem impulſa eſt, uti Radcliffe die filii ſui exceſſum praecedente adhiberet. Ille Ducem die proximo, quod revera accidit, obiturum eſſe praeſagiit, et id palam affirmavit per curationem medicorum pravam eſſe eventurum, et in commodum et felicitatem hujuſce nationis inſignem ceſſurum fuiſſe, ſi alter in artificio corbiculas conficiendi paterno, ſi alter adhuc in pueris primis literarum elementis imbuendis, ſemetipſos exercuiſſent, et utroſque virgis ſuis caedi merere, quod artem ſalutiferam, ad quam eos nullis omnino ingenii dotibus inſtruendos natura curaverat, temerare non dubitaſſent. Haec, e vita Radcliffiana, quae in Biographia Britannica habetur, ſunt deſumpta; unde tamen non diſcimus cuinam ſanandi rationi inſtitiſſet hic cenſor aliorum ſeverus. Igitur conjicere non poſſumus, qualis fuerit ejus de morbi natura opinio, vel utrum eventus, ipſo aegrotum curante, minus funeſtus, necne, fuiſſet.

Haud aliunde apparet anginam malignam, qua Dux Gloceſtriae laboraſſe videatur, hoc tempore innotuiſſe; nulla etenim ejus deſcriptio circa illud tempus in vulgus edita extat; et primum in ejus indolem apud Anglos intra annos quadraginta proxime elapſos, uti ſub initium hujuſce diſſertatiunculae jam comprehenſum, inquiri coepit.

bus geſtis Annae Reginae ab auctore incerto conſcriptis continetur, eum angina maligna per ſanguinis detractionem perperam curata fuiſſe extinctum, haud dubie fere pateſcit. Die a natalibus ſuis octavo calendas Julii 16. quo annum aetatis undecimum expleſſet, proximo in eum invaſerunt, dolor faucium, aegritudo circa praecordia, et febris. Valetudo ejus adverſa in primum diem omnibus fere neglectui fuit. Die vero ſecundo, ſanguis illi detractus eſt, febris veſpere concitatior evaſit, eruptio in cute ſeſe oſtendit, et ad emplaſtrum epiſpaſticum et alia remedia decurſum. Tertio, eruptio adaucta, epiſpaſtica plura admota, et veſpere delirium acceſſit, quod ad mortem uſque permanſit. Quarto calendas Julii ſub noctem ſpiritu difficili repente correptus eſt, poteſtatem devorandi amiſit, et circa mediam noctem fato conceſſit.

Dolorem faucium, eruptionem colore coccineam, ſymptomata per ſanguinis miſſionem adaucta, et difficultatem ſpirandi ſubitaneam et morte ſinitam, quae anginam malignam clare deſignant, ut prorſus omittam; nulla alia febris genere ſuo maligna huc uſque innotuit, quae aegrotantes ſpatio tam brevi rapiat.

Fatum

Fatum igitur regnorum et fortuna non raro a viis curandi pendere conſueverunt.

B. *Alvi purgationem.* De hoc remedio dicere ſufficiat, quod idem ratiocinium, eaedemque auctoritates, quae ſanguinem mitti tantopere vetant, huic quoque evacuationi non minus adverſentur: "Gentle cathartics, (ait Fothergill), have brought on very dangerous ſymptoms. Upon procuring a few ſtools with manna, eſpecially when the diſeaſe has continued two or three days, the redneſs of the ſkin has diſappeared, and the flux to the throat has been ſurpriſingly increaſed. If it happens that this diſcharge by ſtool continues, the ſwelling of the neck commonly grows larger, the fauces become flaccid, dry, and livid; and the patient, in a few hours after this, expires: So that purgatives ſeem to have no better effects in diminiſhing the tumor, and abating the ſuppoſed inflammation, than bleeding."

Morbus ipſe, cum ad aegrotum debilitandum quamplurimum faciat, quicquid vires ejus amplius etiamnum convellit, neceſſe eſt ut ſit nocivum. Si alvus aegroto ſit aſtricta, huic fructus recentes et enemata antiſeptica ſubinde adhibita,

hibita, multo melius, quam medicamenta cathartica, occurrent.

C. *Vomitionem moventia.* Hiſce evacuationibus, quae in hoc morbo, praeſertim inter initium, dum nauſea graviter urget, tuto poſſint adhiberi, vomitus eſt accenſendus.

Emeticum mitius, cum ventriculum evacuando, tum diaphoreſin lenem movendo, prodeſſe poteſt.

D. *Epiſpaſtica.* Cantharides, quanquam indole ſeptica ſint praeditae; veſicantia tamen in hoc morbo, pulſum arteriarum pleniorem validioremque reddendo, et vim vitae ſuſtentando, profuerunt. Hoc forſitan poteſtates eorundem ſtimulantes, abſque ullo evacuationis auxilio, praeſtiterunt; caeterum nihil, me judice, obſtat, quo minus virus putridum, per actionem vaſculorum partis exulceratae adauctam, expellendo aliquantulum quoque proficiant. Quinetiam haec actio vaſorum adaucta, quae materiam putridam jam formatam foras expellit, generationem ejuſdem alteram praeveniet. Dorſo, pone aures, et non raro commodo cum manifeſtiſſimo faucibus ipſis externis, admoventur.

E. *Nitrum.* Sal nitri calorem et alia febris inflammationem habentis ſigna levare cum ſit notiſſimum,

qui-

quibuſdam igitur in mentem venit idem in omnibus febribus quibuſcunque ex aequo ſalutiferum fore. Caeterum, in febre anginae malignae adjuncta, cum multum in hocce remedio reponitur, calor et alia ſigna, praeſertim putrida, evidenter augeſcunt, quod quidem in febre, ubi vis nervoſa circuituſque ſanguineus magnopere langueſcunt, a remedio quod vires corporis univerſas magis imminuit quam firmat, jure ſperandum. Qui languor hunc morbum concomitatur, eum intendere, et aegrotum ad ſudores profuſos corpuſque digerentes, vel ad proluviem alvi, proclivem efficere conſuevit.

F. *Spiritum Mindereri*. Quos ſalutares effectus hic multis in febribus edidit, in cauſa fuerunt, cur mos eundem in hac quoque dandi invaluerit; caeterum humores cum plane attenuet, in eo praeſidii non multum ineſſe videtur. Et revera fiducia in eo collocata, ſanguine ex aliqua parte tenuato, periculo non vacavit.

G. *Succum Limonum*, ſale abſinthii, vel ſale volatili cornu cervini ſaturatum.

Hic in modum fere ſpiritus Mindereri agere videtur, et eadem illi objiciuntur. Ægrotum enim, medicamentis hoc genus ſolis, vel modo non ſolis, adhibitis, morbo frequenter ſuccubuiſſe compertum

tum habetur. A ratione quidem alienum eſſe videtur a medicamentis, quae contra febres inflammationem habentes proficiant, auxilii multum in morbis diatheſi putrida ſtipatis ſperare. Si unquam ſpiritus Mindereri, ſuccuſ e limonum ſaturatus, deſideratur, dum effervеſcit, dari debet, quo aër fixus, exinde quaſi vinculis exſolutus, in fauces agat, et putredini, aegroti corpore receptus, obſiſtat.

Omnes ſales medios ſuſpectos habebis, quoniam ſanguinem attenuant, et eum magis floridum cum intra tum extra corpus efficiunt; licet enim ſanguis tenuis, et a putredine ſimul immunis, eſſe poſſit, ea tamen tenuitas eum ad putredinem adeo proclivem reddit, ut remedia, quae hoc modo agant, non ſuſpicioſa et aliena eſſe non poſſint. Hoc a Patre meo dilectiſſimo primum accepi; et in eandem ſententiam conceſſit illuſtriſſimus Gregorius *.'

H. *Mercurium.* Hic a medicis Americanis, ſed abſque cauſa ſatis gravi, ſi ſcriptis eorum fides ſit habenda, ſolis laudatus eſt. Nam ad eum, uti videtur, nunquam decurſum eſt, niſi cum epiſpaſtica, ſerpentaria, ſeneka, cortex, vel fomenta

* Vid. Elements of the practice of phyſic p. 142.

fomenta antiſeptica, et gargariſmi, ſimul adhibita fuerunt. Cl. Bard virtutem ejus attenuantem concelebrat; caeterum haec ipſa poteſtas uſum ejus quam maxime timendum eſſe demonſtrat. Inſuper, mercurius, ante omnia alia medicamenta quae nobis ſunt nota, ſecretiones corporis humani univerſas intendit; et igitur periculum eſt ne haſce noxas, quas prius ab uſu evacuationum nimis liberali tam certo oriri dixerimus, lethiferas inferet. Si quidem exempla non deſunt, in quibus nonnihil profeciſſe videatur, ea haud dubie ſunt, in quibus ſputum copioſius uſum ejus exceperit; at ſi quando expectorantia indicantur, multa alia medicamenta eidem conſilio melius reſpondebunt, et periculo nulli, vel ſaltem multo minori, aegrotum objicient.

I. *Acida Vegetabilia.* Haec, utpote quae antiſeptica ſint nobiliſſima, et additamenta potus aegrotorum in hac perinde ac in aliis febribus gratiſſima, magnopere proſunt, niſi diarrhoea, quam forſitan augerent, ea parcius aſſumantur ſuaderet. Liberaliter in infantulis nondum a lacte depulſis adhiberi nequeunt; quoniam non ſolum metus eſt, ne alvum nimis fundant, ſed etiam ne lac coagulent, et aliter atque aliter inteſtina aegrotantium hujuſcemodi tenella conturbent.

K. *Acida Mineralia.* Spiritus vitrioli tenuis et elixir vitrioli potiſſimum ſunt antiſeptica, de quorum efficacia haudquaquam ambigitur, quorumque uſui modico, praeterquam in caſu quorundam infantium, nihil objici poteſt.

L. *Spiritum Nitri Dulcis, Spiritum Vitrioli Dulcis,* &c. Acida mineralia, cum ſpiritu vini rectificato hoc modo conſociata, ventriculo fiunt imprimis grata et accepta; et, quantum ad vires eorum antiſepticas, diaphoreticas, et antiemeticas attinet, in optimis remediis morbis in malignis jure ducuntur.

M. *Pulverem Contrayervae Compoſitum.* Haec compoſitio in illis eſt quas apud opulentiores medicinam exercentes, in omnibus morbis ad putredinem vergentibus, aſſidue fere dare conſueverint, re nulla alia forſitan, quam conſuetudine et more inveterato ſolis, inducti; cum experimentum Pringelianum terras abſorbentes, partem ejus praecipuam, putredinem extra corpus promovere demonſtrat, cumque nulla documenta, quae noverim, eidem in corpore vivo exinde obſiſti teſtentur. In diarrhoea tamen, quibuſdam ſubſtantibus, cum fructu forſitan adhiberi poteſt.

N. *Confectionem Cardiacam.* Quae compoſitio aromatis abundat, eam in exemplis nonnullis tuto

tuto dabis. Confectionem cardiacam hoc in morbo adhibitam calorem compeſcere, inquietudinem et anxietatem tollere, et pulſum arteriarum pleniorem validioremque reddere, Fothergill perhibet. Quod quidem profecto non de hac ſolum, ſed etiam de vino, et omnibus aliis cardiacis, vere praedicari poteſt.

O. *Myrrham.* Haec putredini potenter occurrit, et ſummo cum commodo interne poteſt aſſumi; quanquam in angina maligna plerumque ſub forma gargariſmatum et vaporum tantum fuerit adhibita.

P. *Camphoram.* Haec antiſepticis quae nobis huc uſque innotuerunt, valentiſſimis eſt accenſenda; et diaphoreſin, quam efficaciſſime movet, aliquando non inutilem eſſe comperies.

Q. *Corticem Peruvianum.* Dotes corticis putredini inimicas, eum in aphthis laudando, monſtravit Sydenham. Hoc remedium, cum in ulceribus putridis, gangraenis, variolis, et febribus omnium generum malignis, tam frequenter tamque ſalubriter adhibeatur, vix fieri poteſt, quin pariter in auxilium anginae malignae ſit promptum: Et efficacia quidem ejus in hoc morbo virtutes mirandas aliis in exemplis demonſtratas forſan exceſſit. Qui periculum ejus ſaepiſſime fecerunt,

quam

quam facile hunc morbum depellat, optime norunt. Anginae enim malignae forſitan certius citiuſve, quam quodlibet aliud medicamentum cuilibet alii morbo, medetur. Sermone illorum utor, quos nec indoles morbi genuina, nec ſalutares hujuſce remedii effectus, cui potiſſimum confidant, fugerunt.

Opiniones medicorum de modo quo cortex agat inter ſeſe admodum ſunt diverſae. Alii virtutes ejus facultati aſtringenti, alii amaritudini, referunt; caeterum medicamenta cum amara tum aſtringentia habemus, quae tamen eundem effectum minime edunt. Hoc autem in morbo per vires antiſepticas et tonicas evidenter agit. Nam putredinem jam inchoatam corrigit, proclivitatem ad eandem proceſſui ſeptico occurrendo arcet, vigorem ſyſtemati nervoſo novum conciliat, et vires naturae labefactatas ita reficit, ut non tantum cum morbo fortiter colluctari, ſed etiam victoriam reportare, poſſit. Univerſos ejus effectus in hoc morbo viribus tonicis Cullenus, profeſſor ille celeberrimus, aſſignavit. Quinetiam Monro pater, peritia ſua anatomica ac medica jure vehementer nobilitatus, effectus corticis ſalutiferos in gangraenis ſiſtendis ab eodem fonte deduxit.

Cum

Cum corticem, experientia teſte, in febribus intermiſſionem et remiſſionem habentibus, niſi per intervalla paroxyſmorum, dare non conveniat, ab aliquibus dubitatum eſt, num remiſſio quoque febris anginam malignam concomitantis necne ſit exſpectanda. Quo haec vero dubitatio tollatur, tantum notandum eſt, nihil incommodi corticem, febre concitatiſſima, datum unquam aut comitatum eſſe aut ſecutum. Immo contra, quo magis febris urget, eo celerius et liberalius adminiſtrari debet. Morbus enim, remiſſione, praeſertim abſoluta, exſpectata, ſaepius in pejus mutavit, et aegrotum rapuit. Haud quidem inficiandum eſt nauſeam, et alia ſpaſmi ſigna, quae ſub initium paroxyſmi febrium intermittentium et remittentium adſint, uſum corticis, donec paroxyſmus prius fuerit inclinatus, admodum alienum efficere. Haec quidem cunctatio plerumque, in hiſce morbis, nec incommodum nec periculum habere ſolet; caeterum, ubi mora periculum infert, ut in remittentibus et intermittentibus regionum calidiorum, ad corticem, nulla intermiſſione abſoluta exſpectata, protinus decurritur; quod in opere excellente ſagacis Cleghorn de morbis Minorcae videre eſt *.

R. *Cortex*

* Cleghorn's diſeaſes of Minorca, p. 202.

R. *Cortex Caſcarillae et Lignum Campechenſe.* Decocta vel extracta ex hiſce parata cortici ſaepius adjiciuntur, cum ii quos hoc vitium male habeat, ad diarrhoeam inclinant atque propendent. Caeterum, praeterquam quod *caſcarilla* vi aſtringente pollet, corroborando et putredini occurrendo prodeſſe poteſt; *Apinum* enim utilitatem ejus in febre epidemica petechiis ſtipata, quae in quibuſdam Norvegiae regionibus, anno 1694-5, graſſata eſt, expertum fuiſſe, cum alia alexipharmaca et ſudorifica incaſſum fuiſſent tentata, accepimus. Academici inſuper Gallici fructum ex ea maximum in dyſenteria anni 1719 epidemica, ipecacuanha nihil omnino proficiente, perceperunt.

S. *Vinum.* Virtutes hujuſce cardiacas et antiſepticas ex toto, hic loci, ſilebimus; hae ſatis enim, in febribus nervoſis et putridis, omnibus innotuerunt. Quinetiam in morbo, quem in praeſentia tractamus, liberaliter et cum inſigni commodo datum fuit. Animum demiſſum erigit, inquietudinem aegroti tollit, calorem compeſcit, pulſum arteriarum minus frequentem, magis firmum, reddit, vim vitae ſuſtentat, tam diaphoreſin promovet, quam putredinem arcet. In ſumma cardiacum perneceſſarium eſt, quod partem

partem cum potionis tum cibi aegrotorum hoc morbo laborantium conſtituere debet.

Hujuſcemodi ſunt remedia praecipua quae conſilio hunc morbum ſanandi propoſita fuerunt. Horum autem laudatiſſima ſyſtema nervoſum firmant, circuitus ſanguinei vires adaugent, et putredinem a mole humorum per virtutes plane antiſepticas arcent. Tantum igitur reſtat, ut applicationem eorundem idoneam oſtendamus.

Quamprimum aliquis hoc morbo correptus fuerit, in lectulo, cubiculo bene perflato, ſeſe contineat; quo lenius promoveatur perſpiratio, quae ſemper inſigniter prodeſt, quanquam ſudatio profuſior aeque atque omnes aliae evacuationes nimiae noxam inferre ſoleat: Sin invaſerint aegritudo gravior et vomitus, hic paucis ipecacuanhae granis, infuſumve chamomaeli bibendo, promovebitur. Ipecacuanha antimonialibus plerumque eſt anteferenda, quoniam alvus minus liquat. Operatione emetici peracta, corticem, quem copiis majoribus, iiſque frequenter reiteratis, ad drachmae dimidium vel drachmam uſque, tertia quaque hora, dare oportebit, protinus aſſumere incipiat. Medicamentum hocce praeſtantiſſimum in laxitate et debilitate removendis, et in robore tonoque ſyſtemati nervoſo reſtituendis, effectus

miros

miros edit, et tempeſtivius adhibitum, ac rite adminiſtratum, ſigna anginae malignae vix unquam non protinus levat.

Formulae diverſae a medicis diverſis collaudatae fuerunt; caeterum ſubſtantia corticis ipſa, pleriſque in caſibus, praeparatis ex eodem quibuſlibet anteponenda; propterea quod nullum menſtruum huc uſque repertum eſt, quod omnem materiam, in qua virtus ejuſdem reſideat, penitus extrahere queat.

Cl. Huxham ſuam corticis tincturam, melius quam corticem ipſum per ſe, vel ſub formula qualibet alia datum, unicuique medendi conſilio reſpondiſſe teſtatur. Caeterum homini, qui praeparata ſua concelebrare velit, loquendi licentia concedenda. Nulla vero tinctura tantum corticis continere poteſt, quantum dare conveniret, niſi talem liquoris ſpirituoſi copiam cum ea conſociares, qualis abſque ſummo incommodo, praeſertim ab infantulo, aſſumi nequiret; quod quidem uſui ejus quamplurimum adverſatur.

Quinetiam decoctum, quamvis a nonnullis ſcriptoribus laudatum, eandem ob rationem, minus quam cortex ipſe, prodeſſe conſuevit; ſed aliquando non abſque commodo adhiberi poteſt, cum ſtomachus eſt infirmior, quam ut corticem

ipſum

ipſum ſuſtinere valeat. Meminerimus autem, ab uſu corticis non eſſe abſtinendum, quod, cum primum adhibetur, in aliquot vices, aegroto vomitionem commovet; namque, hoc etiam in caſu, pro remedio utiliſſimo, et emetico optimo quod dari poſſet, habendus; utpote qui duplici conſilio reſpondeat, dum fauces depurgat, et interea prout medicamentum topicum antiſepticum praeſtantiſſimum agit. Porro ſaepiſſime, portiunculis iterum iterumque rejectis, abſque minimo ventriculi incommodo, tandem ſedebit. Si vero conſtanter rejiciatur, ſub forma enematum* adminiſtretur oportebit; et hoc modo, propemodum aeque atque altero, quantitate vero duplici adhibita, votis reſpondere compertus eſt. Quinetiam vomitum interea, ſpiritu nitri dulcis ex aqua menthae piperitidis, vel ſucco limonum cum ſale tartari, dum efferveſcunt, dato, ſublevare conemur. Corticis operationem et facilem ejuſdem concoctionem, nonnullis in caſibus, multum adjuvare licebit, quibuſdam e remediis aromaticis ſupra poſitis una cum eo conſociatis; praeſertim confectione cardiaca, quae ſaepius in hoc morbo,

I viribus

* ℞ Pulv. Cort. Peruv. ʒi.
Mucilag. Gum. Arab. ʒii.
Decoct. Alb. ℥iv. M. F. Enema injiciend. ſexta quaque hora.

viribus oppreſſis, opportuniſſimum attulit ſubſidium. Cortex in quibuſdam temperamentis virtute purgatrice pollet; et ubi proclivitas ad diarrhoeam adeſt, metus eſt, ne illam adaugeat. In hiſce exemplis pulverem corticis caſcarillae illi adjungere conveniet, qui plerumque officio medicaminis probe defungitur, et diaſcordio et omnibus id genus medicamentis longe praeſtat, quoniam corticis actionem non parum intendit. Si vero caſcarilla votis non reſponderet, cum ſummi momenti ſit hanc evacuationem ſiſtere, doſes ipecacuanhae parvulae, cum extracto ligni Campechenſis conjunctae, ſunt adminiſtrandae. Ex hiſce medicamentis unum alterumve diarrhoeam fere ſemper compeſcet; ſaltem ea tentare conveniet, priuſquam ad opium confugiamus, quod omnium ultimum eſſe debet, ne, per ſuam poteſtatem valde ſedantem, debilitatem et relaxationem ſyſtematis intendat.

Cibus aegrotorum ex vegetabilium farinaceorum praeparatis, qualia (Anglice) panada, ſago, ſalep. &c. appellantur, cum rubro vino Luſitanico, vel eo quod apud Britannos Claret pro nomine ſibi adeptum eſt, potiſſimum conſtabit. Fructibus horaeis omnigenis, velut aurantiis, moris, fragis, ribeſiis, &c. ad libitum uſque veſcatur. Potui detur

tur ſuccus pomorum fermentatus aſper, vel aqua vino rubro Luſitanico, acidiſve mineralibus, praeſertim ſpiritu vitrioli tenui, vel elixire vitrioli copioſe diluta. Acida dulcia reddita in pueris ſemper reliquis ſunt praeponenda, quippe quae lac minus facile cogant. Praeter vinum dilutum pro potu communi datum, meracum frequenter, ut cardiacum, adhibendum eſt, quod quidem omnibus, quae pharmacopolae venditent, medicamentis plurimum antecellit. Cum diarrhoea profuſior adeſt, vinum cum aromatis coquatur, unde multo potentius inteſtina firmabit, et alvi proluviem compeſcet. Per hanc medendi viam rite adhibitam, certius quam per aliam quamlibet, progreſſui putredinis in ſyſtemate univerſo remoram objicies. Altera conſilii pars eſt prohibere, quo minus putredo in partibus ſingulis, praeſertim in faucibus et gutture, quae gargariſmis acidis, aſtringentibus, et antiſepticis, curioſe et frequenter ſunt colluenda, progrediatur. Huic conſilio, ſub ſtadiis morbi lenioribus, quam optime reſpondent acetum et aqua, vel ſuccus pomorum fermentatus aſperrimus. Caeterum, cum ulcera ſunt ampla et rapidiſſime ſerpunt, praeter acetum, ſuccumque pomorum, gargariſmi ex tinctura myrrhae, et oxymelle ſimplice, quibus multum ſpiritus vitrioli tenuis acceſſerit,

ceſſerit, confecti, cum commodo adhiberi poſſunt; quodve magis etiamnum efficax eſt, tinctura roſarum cum ſpiritu ſalis *.

Gargariſmus alius a Raulino medico Gallico, propter ſuos effectus inſigniter ſalutares, fuit collaudatus. Ita ſeſe habet.

℞ Sacch. Saturn. ℈i.

Aq. plantag. ℥ii. M. F. ſolutio qua ulcera ſaepiſſime lavanda.

Ratio hujuſce curationis partis ſtricte habita ſummi eſt momenti; quoniam virus erodens et putridum, ore hunc in modum frequenter fovendo, ab ulceribus removetur, dum liquores, interea temporis, ſpirituoſi, fortes, et acidi, viribus ſuis antiſepticis putredinem ſiſtunt, et in poſterum materiae novae generationem impediunt. Porro, ſtimulus eorundem glandulis ſalivariis admotus in cauſa eſt, cur ſaliva copioſius excernatur; quod quoque ad ulcera pura ſervanda non parum confert. Os ſuum aegrotus uno alterove ex hiſce gargariſmis,

* ℞ Tinct. roſar. lib. ſs.
Mell. roſar. ℥ſs
Spt. ſal. marin. ʒ ſs. M. F. Gargariſma.

Vel, ℞ Tinct. roſar. lib. ſs.
Mell. roſar.
Spt. nit. dulc. aa. ℥ ſs. M. F. Gargariſma.

gargariſmis, antequam edat, bibat, vel medicamenta aſſumat, aſſidue colluet; quod obſtabit, quo minus putrida materia ad inteſtina deſcendat, ubi forſitan exulcerationes, et quae illis conſequuntur, diarrhoeam violentam, tormina, et foeces ſanguineas progeneraret. Gargariſmi in ore puerorum, qui eos, ob aetatem tenellam, abſque auxilio alieno adhibere nequeunt, ſyphunculo injiciendi ſunt; vel ille, cujus curae ſunt demandati, ora eorum linteolo tinctura roſarum et ſpiritu ſalis diluto humectato ſaepius debebit lavare. Cum cruſtae admodum ſunt amplae, et tardius decidunt, eas pulvere myrrhae cum oxymelle conjuncto, vel, ut V. Swieten hortatur, mell. roſ. ℥ſs. ſp. ſal. gutt. xx. inter ſeſe commiſtis, quae ulceribus ope ſpecilli armati ſunt applicanda, nonnunquam inungere conveniet.

In quibuſdam collo admotis aliquando non contemnendum praeſidium eſt. Si ſigna mitiora ſunt, linimentum volatile, cui pauxillum camphorae ſit admiſtum, collo frequenter illitum; vel, ſub ſtadiis morbi provectioribus, tinctura corticis Peruviani ſufficiet. Hae applicationes cataplaſmatis, quae nimis cito frigeſcunt, rigeſcunt, et aegroto moleſtiam faceſſunt, et ita non raro magis nocent quam proficiunt, longe ſunt anteponendae. Em-

plaſtrum

plaſtrum epiſpaſticum, rebus ita ſe habentibus, collo admotum magnopere interdum profecit. Huxham ſe gutturi epiſpaſtica, ab aure ad aurem uſque, ſummo cum ſucceſſu admoviſſe contendit.

Unum inſuper remedium non praetereundum videtur, viz. myrrhae vel camphorae ex aceto et melle coctae vapores. Hi magnum aegris angina maligna laborantibus, ſpiritum minus gravem reddendo, et ſalivae ſecretionem augendo, levamen adferre ſolent. Quinetiam inter initium morbi maturius adhibiti ulcera ad laryngem et tracheam ſeſe diffundere prohibent, et ita magnopere proſunt. Nullum praeter hos aliud topicum eſt remedium, cui, morbus cum haſce partes jam occuparit, poſſis confidere. Hi vapores praeterea, per aegroti cubiculum conſtanter diffuſi, ante omnia alia, contagionem longius ſerpere et progredi vetare conſueverunt. Viam curandi ad finem tandem perduximus, ad quam in utraque anginae malignae ſpecie, ex aequo decurri poſſit, quamque diligenter adhibitam morbum, gutture ſolo affecto, rarius aut nunquam non tollere jam monuerimus. Proximum eſt, ut curationis, quae in angina maligna tracheali requiratur, diverſitatem monſtremus. In hac autem omnia reme-

dia

dia ſupra comprehenſa, cum ſumma attentione et cura adhibenda ſunt; licet eadem fere certa ſucceſſus proſperi ſpes non ſit fovenda; nam, diligentia humana prorſus inani, valentiſſimis medicamentis ſaepiſſime non paret. Remedium proxime poſitum, vapores antiſeptici, abſque intermiſſione, applicandum.

Miſtura igitur ex aceto et myrrha confecta juxta ſpondam lectuli aegrotantis conſtanter ebulliet. Os ſuum apertum vaporibus e vaſe aſcendentibus aeger objiciet; alioquin in fauces ejus per infundibulum inferendi ſunt. Haec unica remedia antiſeptica ad ulcera in bronchiis orta devehendi, et certiſſima ſecretiones mucoſas augendi, quod potiſſimum ulceribus ſordes abluit, eſt ratio. Porro, ſecretiones hujuſcemodi aliis rationibus quoque promovendae ſunt. Quo hoc contingat, vomitus aegroto per oxymel ſcilliticum nonnunquam movebitur, quod efficiet, ut ſputum, augeatur, et cruſtae citius faciliuſque decidant. Portiunculae oxymellis ſcillitici minores, ejuſdem excretionis conſervandae cauſa, ſunt poſtea in uſum vocandae. In hanc morbi ſpeciem quam plurimum poſſunt epiſpaſtica. Caeterum, ſi unquam cauſa non deſit, cur hunc morbum, nullis ulceribus in gutture ſeſe oſtendentibus, adeſſe

eſſe ſuſpicemur, cum alia nobis imponere facile poſſint, ſi pulſus ſit validus, in omnibus hujuſcemodi caſibus ſanguinis miſſionis periculum facere conveniet; quandocunque enim de vita deſperatur, ‘ Melius eſt anceps remedium quam nullum experiri.’

Diſſertatione noſtra ad finem ita perducta, tantum reſtat, ut hiſce omnibus, quas jure meruerint, grates perſolvam; quorum cura amica mihi greſſus, per ſemitas ſcientiae, praeſertim medicinae, varias, juveniles hucuſque rexit et moderata eſt.

Primum omnium, Patrem mihi ſemper quam plurimum colendum, ut commemorem, ſuadent, pietas, amor, officium, animuſque beneficiorum non immemor; cujus attentio vere paterna et prudens in me conſtanter inſumpta multo plus, quam primordium vitae ab illo derivatum, me illi obligavit; cujuſque conſilio amiciſſimo hocce opuſculum meritum ſuum, ſi quod habeat, praecipue debet.

Proximi ab illo ponendi ſunt Praeceptores mei dilectiſſimi; ante reliquos vero Gregorius, cujus urbanitas, et, qua me dignatus ſit, amicitia, gratias longe plures quam vel ego agere, vel verba enunciare queant, ſibi merito vindicant.

Quanta

Quanta ejus lenitas, quanta benevolentia, quantaque humanitas fuerit, lachrymae omnium, quibus innotuerit, clare perſpicueque teſtantur; et opera, monumentum ingenii, ſagacitatis, judicii, et candoris, ære perennius manebunt.

De hoc viro excellentiſſimo loqui ceſſare nequeo, quin de illo eadem, quae Cicero olim de Scipione praedicaverit, dicam. "Mihi quidem Gregorius, quanquam eſt ſubito ereptus, vivit tamen; ſemperque vivet. Virtutem enim ſemper amavi illius viri, quae extincta non eſt. Nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui: Sed etiam poſteris erit clara et inſignis. Nemo unquam animo aut ſpe majora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet."

Poſtremo, gratiae viro illi optimo, et Profeſſori jure ſummo laudato, Culleno ſunt referendae. Profeſſor hujuſce academiae celeberrimae, in commodum cohortis artis Apollinaris ſtudioſae, et totius generis humani, primarius diu floreat; et mercede haud immerita horum laborum, qui famam ejus per totum terrarum orbem jam diffuderunt, et nomen venerabile, donec medicina coletur, ſemper efficient, diu felix et ab omni parte beatus fruatur.

F I N I S.